

lam generalem, quæ sic ait: Pœna ipso jure imposta afficit delinquentem quantumcumque occultum. Andreas Truaquellus in commentariis super l. Si unquam, in verbo, *Revertatur*, Codice de revocandis donationibus, eandem statuit regulam generalem, & ad illius probationem citat Dominicum in cap. Perpetuo, versu super dubio glossæ de electione, lib. 6. Hanc Abbatis sententiam, quatenus solum hæreticum respicit, ego tutatus sum in illo opere, quod de Justa hæreticorum punitione edidi, lib. 2. cap. 7. Nunc vero quia non de solo crimine hæresis, sed de omni crimine occulto dissero, illam universaliter statuere decrevi, dicens cum Abbate, pœnam civilem ipso jure impostam afficere delinquentem, quamvis crimen illius sit omnino & per accidens occultum. Hæreticus igitur, & læsæ majestatis reus, & quivis alius similis criminis auctor, quamvis crimen illius sit omnino occultum, est ipso jure privatus dominio bonorum suorum. Et potest hoc probari per cap. Accusatus, §. In eo vero casu, de hæreticis lib. 6. ubi Papa præcipit procedi ad confiscationem bonorum hæretici, qui dum viveret, non fuerat per sententiam declaratus. In quibus verbis id annotare oportet, quod Papa non præcipit, ut post mortem bona confiscentur, sed ut procedatur ad confiscationem per solam sententiam criminis declarativam. Ex quo aperte convincitur, bona illius, quando vivebat, & peccatum fuerat occultum, esse ex tunc confiscata: quia alias post mortem illius quando peccatum fuit detectum, non satis esset sententia criminis declarativa, sed oporteret illius bona per sententiam à Judice latam publicare, & confiscare. Præterea, probatur hæc conclusio eadem ratione, quæ superius probavimus secundam conclusionem principalem, quæ de excommunicatione disserit.

Qui crimen aliquod occultum commisit, & vere consummavit, habet, in se quiddam jure requiritur, ut incidat in pœnam ipso jure contra illud crimen inflictam: ergo ille necessario, tali lege stante, incidit in illam pœnam. Consequentia ista est notissima, & assumptum per hoc probatur, quod ad executionem pœnæ à jure latæ non requiritur processus, nec cognitio causæ: quia alias sententia à jure lata nihil differret à sententia per Judicem ferenda: sed solum requiritur, ut crimen sit consummatum, & post criminis consummationem ipso jure infligitur pœna. Quando autem crimen est occultum, æque potest esse consummatum, ac si committeretur in publico: ergo tunc etiam incidit in pœnam illius criminis auctor, ac si peccasset in publico. Quia nihil aliud ad pœnam à jure inflictam (ut dixi) requiritur, nisi vera criminis consummatio. Forte illi qui dicunt ad executionem sententiæ à jure latæ semper esse necessariam sententiam criminis declarativam, respondebunt non satis esse quod crimen sit consummatum, ut quis incidat in pœnam à jure inflictam, sed requiri sententiam declarativam criminis, quæ data, jam crimen erit notorium, & non occultum. Hæc tamen responsio nullatenus minuit hujus nostri argumenti vires. Quia licet juxta illorum opinionem requiratur sententia criminis declarativa, ad hoc ut fideus bona apprehendat, non tamen requiritur talis sententia ad hoc ut hæreticus sit privatus dominio bonorum suorum. Quia omnes illi, præter solum Archidiaconum, fiantur hæreticum à die commissi criminis esse privatum dominio bonorum suorum, quamvis non sit ex tunc privatus possessione illorum.

Ad solam igitur privationem possessionis secundum illos, requiritur sententia criminis declarativa, & non ad privationem domini. Si ad privationem domini non re-

quiritur sententia criminis declarativa: ergo quando crimen hæresis, aut læsæ majestatis, aut aliud simile fuerit occultum, auctor illius erit ipso jure privatus dominio bonorum suorum: quia ad illam pœnam nulla requiritur criminis sententia, aut causæ cognitio, sed sola criminis consummatio, quæ etiam est in occulto sicut in publico. At illa domini privatio est, quæ ipso jure contra talia crimina infligitur, & non privatio possessionis: quia hæc per Judicis sententiam infligitur. Vera est ergo nostra quarta principalis conclusio, quæ dicit, omnem criminis occulte consummatum auctorem incidere in pœnam à jure propter illud crimen inflictam. Si pœna esset à Judice inferenda, tunc manifestum est in illam non posse incidere peccatorem occultum, quia Juxta debet judicare secundum allegata & probata. Quando ergo jura dicunt, Ecclesiam non judicare de occultis, nec de illis vindictam sumere, intelligenda sunt de judicio ab homine faciendo, quia ille antequam judicet, requirit causæ cognitionem, quam non potest de criminibus occultis habere. At in judicio aut sententia juris bene potest Ecclesia judicare de occultis, quæ extra cordis secreta prodierunt, quia ad tale judicium ferendum nulla requiritur facti cognitio. Contra hæc omnia forte aliquis mihi objiciet, quod ex probatione hujus quartæ conclusionis destruitur tertia principalis conclusio, quæ liberat occultum criminis consummatorem ab irregularitate & suspensione. Nam eodem modo arguet, quod suspensio aut irregularitas quæ est ipso jure inflicta, non requirit processum, nec causæ cognitionem, sed solum crimen consummatum, quod cum ita bene consummetur in occulto sicut in publico, ita bene causare oportebit irregularitatem si committatur in occulto, ac si committeretur in publico. Fateor quidem, & negare non possum, quod si argumento & sola ratione, & non auctoritate & decreto esset hæc res definienda, idem dicere oporteret de irregularitate & suspensione, quod de excommunicatione in secunda conclusione principali diximus, & nunc in hæc quarta principali conclusione de aliis civilibus pœnis asserimus. Sed jura per indulgentiam & benignitatem voluerunt hoc expresse permittere criminibus occultis, ut illorum auctores à suspensione & irregularitate, quæ ex illis provenire possent, essent liberi. Et quia hanc libertatem circa alias pœnas jura noluerunt criminibus occultis aperte concedere, oportet necessario juxta juris depositionem facere, quod in Clementina, Exivi de paradyso, §. Porro, ait. Ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur, intelligitur denegatum. Hoc igitur loco sicut in aliis multis verum esse probatur quod glossa dicit in regula, In pœnis, de regulis juris lib. 6. In pœnis non valet argumentum ad similia, quod potissimum veritatem habet in lege pœnali, quæ sententiam continet latam. Et huic loco etiam servit id quod lib. 1. cap. 7. me dixisse memini. In lege pœnali potissimum veritatem habere id quod legislator dicere solet: Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Nec tamen ideo hæc dixi, quod sine ulla ratione decretum esse credam, ut criminis occultis auctor & consummator sit liber à suspensione & irregularitate, & non ab aliis pœnis. Nam magna hæc videtur esse ratio, ut sic decerneretur, quia nisi ita fieret, innumera orientur pericula animarum, & valde multi scrupuli quotidie suscitarentur, qui hominum conscientias vehementer vexarent. Ut igitur hæc animarum pericula tollerentur, & justa conscientis securitas daretur, justè & rationabiliter Ecclesia noluit peccatores omnino occultos subjeci suspensionibus, & irregularitatibus: Et quia circa

alias pœnas non tot, nec tanta imminere animarum pericula, ideo noluit illas peccatoribus occultis dimittere.

Circa hæc pœnas in quas peccatoribus occultis incidit, annotare oportet unum simile illi quod circa excommunicationem occultum superius dixi. Si quis Tabellio, aut quivis alius in simili officio constitutus, commisset crimen, propter quod esset ipso jure privatus officio quoad crimen esset occultum, non teneretur renuntiare officio suo, si id sine famæ suæ dispendio facere non potest, quia non debet se ipsum infamare. Nam ob hanc causam (ut capite decimo hujus secundi libri in solutione primi argumenti dixi) si res quæ possidetur, esset non solum dimittenda, sed etiam alteri reddenda, non teneretur illam reddere, si illam sine famæ suæ jactura reddere non posset. Deinde, si ille Tabellio propter famæ periculum non renuntiat officio, quamvis sit ipso jure privatus illo, quoad tamen crimen est occultum, & officium retinet, valebunt instrumenta per illum confecta. Idem profus dicendum est, si prætor propter crimen aliquod occultum esset ipso jure privatus officio: quia omnia quæ illo tempore gessit, nisi alia ratione infirmetur, erunt propter publicam utilitatem valida, quæ nihil profus valerent, si crimen esset publicum. Hoc aperte docet Angelus de Perusio in Authentica de incestis nuptiis, num. 5. & pro hæc sententia citat l. Barbarius, si de officio prætoris. Possunt etiam pro eadem sententia adduci ea quæ in secunda principali conclusione diximus, ad probandum actus legitimos ab occulte excommunicato gestos, esse propter publicam utilitatem validos.

Ab hac nostra quarta principali conclusione excipien-

dam esse censet infamiam, quoniam etsi inter pœnas civiles illa sit numeranda, & aliquando ipso jure inferatur, si tamen crimen fuerit omnino occultum, numquam propter illud in talem incidet pœnam. Quia sicut fama ex publicia bonorum operum noticia oritur, ita etiam infamia quæ est illi contraria, oritur ex publica noticia criminis perpetrationis. Et hoc aperte probatur per id quod Callistratus Jurisconsultus ait in l. Cognovimus, si de variis & extraordinariis cognitionibus. Existimatio, inquit ille, est dignitatis illæ factus legibus ac moribus comprobatus, quæ ex delicto nostro auctoritate legum aut minuitur, aut consumitur. Hæc ille. Ex quibus verbis constat famam ex bonis moribus, infamiam vero ex delicto nasci. Neutrum autem sine publica rerum noticia contingit, quod aperte ostendit Virgilius, dicens:

Ex templo Lybiae magna sit fama per urbes.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum.

Mobilitate viget, viresque acquirit cundo.

Et Cicero ad Quintum fratrem scribens, dixit: Quod sit esse constanti fama, atque omnium sermone celebratum est. Et idem in Topicis dixit: Fama vulgi quoddam multitudinis testimonium est. Ex quibus omnibus constat famam esse publicam bonorum existimationem, & infamiam esse publicam existimationem, quæ de crimine alicujus habetur. Et inde apertissime convincitur, ut si crimen sit omnino occultum, in nullam propter illud incidat facti infamiam. Nam de juris infamia aliter dicere oportet, propterea quod illa ex vulgi opinione, aut existimatione non pendet. Et inde sequitur, ut per criminis occultationem ab illa non liberetur.

F I N I S.



Corruptio ut sit obligatoria, aliqua exiguntur, l. 2. cap. 25. f. 182. c. 1. & f. 184. c. 1. & 2.
 Corripere hæreticum fraternaliter, an teneatur testis, an ream illum producat, l. 2. cap. 25. f. 182. c. 1.
 Credentes hæreticorum, qui dicantur, l. 1. cap. 17. f. 62. c. 1. & 2.
 Crimen publicum quod dicatur, l. 2. cap. 9. f. 112. c. 2.
 Crucifixus est Christus hora tertia vocibus, & consilio Sacerdotum Judæorum, & hora sexta manibus militum, l. 2. cap. 13. f. 131. c. 2.
D
 Debitum matrimoniale non tenetur fidelis reddere conjugi hæretico: sed si hæreticus convertatur, tunc tenebitur reddere, l. 2. cap. 7. f. 106. c. 1.
 Defensores hæreticorum qui dicantur in jure, l. 1. cap. 17. f. 64. c. 2.
 Defensores malorum numquam desunt, ibidem.
 Defensor malorum peior est illis, l. 2. cap. 3. f. 95. c. 1. & 2.
 Dæmones naturas rerum melius quam homines cognoscunt, l. 1. cap. 13. f. 48. c. 2.
 Dæmones numquam gratis aliquid homini donant, l. 1. cap. 14. f. 50. c. 1.
 Dæmones aliqua promittunt hominibus, quæ minime illis præstare possunt, ibidem.
 Dæmon non potest hominem in bestiam transformare, l. 1. cap. 14. f. 52. c. 1.
 Dæmones an possint cum sceminis coire, aut hominibus succumbere, l. 1. cap. 16. f. 61. c. 1. & 2.
 Deposita reddere hæretico nullus tenetur, l. 2. cap. 7. f. 105. c. 2.
 Deprehensus in hæresi quis dicatur, l. 1. cap. 22. f. 77. c. 1. & 2.
 Dialectica est sæpe necessaria ad sacræ scripturæ intelligentiam, & propter illius ignorantiam aliqui erraverunt in fide, l. 3. cap. 9. f. 232. c. 1.
 Disputare publice cum hæretico pertinace probatur non esse bonum multiplici ratione, l. 1. cap. 19. f. 67. c. 1. & c.
 Disputatio occulta cum hæretico facta, laudabilis est, ibidem f. 68. c. 1.
 Disputantes de rebus maximis, & quæ nostrum intellectum superant coram populo rudi, quamvis sint Catholici, male agunt, ibidem c. 2.
 Disputare de fide quomodo intelligatur esse prohibitum laicis personis, ibid. f. 69. c. 2.
 Divinatio quid sit, l. 1. cap. 13. f. 47. c. 1.
 Divinator quis dicatur, ibidem.
 Divinationes aliquæ hæresi miscentur, & sine illius adminiculo exerceri non possunt, ibidem f. 48. c. 1.
 Divinationes aliæ sine hæresi exercentur, ibidem c. 2.
 Divitiarum cupiditas multos in fide errare fecit, l. 2. cap. 5. f. 99. c. 1. & 2.
 Divitiarum amittendarum metus multos revocat à perpetratione eorum criminum, propter quæ sunt illis à jure privandi, ibidem f. 98. c. 2.
 Divitiarum amittendarum metu Judæi nolunt ad fidem Evangelii converti, f. 99. c. 2. ibidem.
 Divitiarum possessionem dicere esse viris Ecclesiasticis illicitam, hæresis est multorum hæreticorum, ibidem f. 100. c. 2.

Doctoris alicujus quantumlibet Sancti sententia non sufficit sola ad convincendum aliquam hæresim, l. 1. cap. 4. f. 17. c. 2.
 Doctorum omnium sacrorum, de re ad fidem pertinente, sententia sufficit sola ad convincendum quancumque hæresim, ibidem f. 18. c. 1.
 Domini effectus, qui sunt, l. 2. cap. 6. f. 101. c. 2. in fine.
 Dominium bonorum hæretici sine possessione habet fiscus ante hæretici condemnationem; & hæreticus illo tempore possessionem habet sine dominio, ibidem f. 102. c. 1. & 2. & f. 103. c. 1. & 2.
 Dominiorum genera multa referuntur, l. 2. cap. 7. f. 107. c. 1. & declarantur in foliis sequentibus.
 Dubius in fide quando sit dicendus hæreticus, l. 1. cap. 7. f. 28. & 29. per totum.

E

Ecclesiæ universalis consensus sine aliquo scripturæ testimonio satis est ad hæresim convincendam, l. 1. cap. 4. f. 15. c. 2.
 Ecclesia non potest punire aliquem propter solum actum animæ interiorem, l. 2. cap. 18. f. 154. c. 1.
 Ecclesiæ potestates duæ sunt: una quæ dicitur ordinis, altera quæ dicitur potestatis jurisdictionis, l. 2. cap. 21. f. 162. c. 1. & 2. & istæ duæ potestates sunt necessariæ, ut quis possit aliquem sacramentaliter absolvere, ibidem.
 Ecclesia Papam eligens, hoc ipso se ad illius obedientiam obligavit, si electus consentit electioni ab ea factæ, l. 2. cap. 23. f. 172. c. 1.
 Eloquentia magnas vires habet ad flectendos animos hominum, l. 3. cap. 8. f. 230. c. 1. & 2.
 Eloquentia bona est, si quis bene illa utatur, l. 3. cap. 9. f. 132. c. 1. & 2.
 Eloquentes homines raro bene credere, testatur Hieronymus, l. 3. cap. 8. f. 131. c. 2.
 Episcoporum Catholicorum jam defunctorum, qui in qualibet Ecclesia præcesserant, catalogus olim publice in ipsa Ecclesia aut altare legi solebat, l. 2. cap. 20. f. 161. c. 1.
 Episcopus aut Sacerdos factus hæreticus non amittit potestatem ordinis, l. 2. cap. 21. per totum, f. 162. c. 1. cum seq.
 Episcopi potestates quæ ad solum ordinem spectant, variae sunt, l. 2. cap. 22. f. 166. c. 2.
 Episcopi non possunt per quodcumque peccatum amittere illam potestatem ordinis, quam habent circa collationem Ordinis, & Confirmationis sacramentorum, ibid. f. 167. c. 1.
 Episcopus factus hæreticus eo ipso amittit potestatem jurisdictionis, l. 2. cap. 23. per totum, f. 169.
 Episcopi succedunt Apostolis, l. 2. cap. 24. f. 176. c. 1.
 Episcopalis potestas ex jure divino est, ibidem.
 Episcoporum divisio jure humano introducta est ad tollendas dissensiones, l. 2. cap. 24. f. 176. c. 2.
 Episcopum quale esse oportet, l. 3. cap. 5. f. 114. c. 1. & 2.
 Episcoporum, & aliorum pastorum negligentia est multarum hæresum causa, l. 3. cap. 4. per totum, f. 207.

Epif-

Episcopi quid facere teneantur, ibidem.
 Episcopi, & alii animarum rectores puniuntur pro peccatis subditorum, l. 3. cap. 4. f. 212. c. 1.
 Episcoporum absentia multorum malorum est causa, ibid.
 Episcoporum, & aliorum Sacerdotum indignitas est multarum hæresum causa, l. 3. cap. 5. per totum, f. 214. & seq.
 Error & hæresis differunt, l. 1. cap. 1. f. 8. c. 1.
 Error voluntatis, & error intellectus quomodo differant, l. 2. cap. 1. f. 84. c. 1. & 2.
 Errare circa fidem contingit dupliciter, l. 1. cap. 11. f. 43. c. 1.
 Errare potest aliquis sine culpa, l. 1. cap. 9. f. 35. c. 1.
 Errans per ignorantiam, non tenetur propter cujuscumque admonitionem viros doctos consulere, à quibus doceatur, ibid. f. 37. c. 2.
 Errans per ignorantiam, & jurans se à sua sententia non discessurum, ob hoc solum censendus est pertinax, & hæreticus, ibidem.
 Errare non permittit Deus eum qui facit quod in se est, l. 3. cap. 2. f. 201. c. 2.
 Excommunicatio non solum percutit excommunicatum, sed ligat omnes alios fideles, ne illi suffragentur, l. 2. cap. 20. f. 161. c. 2.
 Excommunicatus est ipso jure, qui percutit Clericum hæreticum nondum degradatum, l. 2. cap. 9. f. 114. c. 2.
 Excommunicari non potest aliquis propter solum animæ interiorem actum, l. 2. cap. 18. f. 154. c. 1.
 Excommunicari non potest aliquis post mortem suam, l. 2. cap. 19. f. 156. c. 2. & per totum hoc & sequens caput.
 Excusatio ab hæresi duplex esse potest: una apud Deum, altera apud homines, l. 1. cap. 11. f. 42. c. 1.
 Exempla audita ante vitam mortem valent ad movendum animos aliorum, l. 2. cap. 8. f. 110. c. 1.
 Exempla Regum & Principum fere semper imitantur eorum subditi, ibid. f. 111. c. 2.
F
 Autores hæreticorum qui dicantur in jure, l. 1. cap. 17. f. 63. c. 1. & 2.
 Felicitas vera ubi constituenda sit, ignoraverunt Philosophi, & varia fuit de hac re illorum sententia, l. 3. cap. 8. f. 228. c. 1.
 Fides catholica aliquando à viris indoctis appellata est secta, numquam tamen à viris Catholicis dicta est hæresis, l. 1. cap. 1. f. 6. c. 1.
 Fidei virtus quanta sit, l. 1. cap. 2. f. 9. c. 1.
 Fides acquisita sine Doctore exteriori docente haberi non potest, l. 1. cap. 8. f. 33. c. 2.
 Fidem catholicam non æqualiter omnes Christiani scire tenentur, l. 1. cap. 9. f. 35. c. 2.
 Fidem catholicam suscipere nemo cogi potest, l. 2. cap. 2. f. 69. c. 1.
 Fides catholica quare non fuerit primo prædicata per sapientes, aut Reges potentes, l. 2. cap. 4. f. 97. c. 1.
 Fides est fundamentum totius ecclesiasticæ structuræ, l. 2. cap. 23. f. 172. c. 2.
 Fides superat intellectus humani potentiam, l. 3. cap. 2. f. 198. c. 2.
 Filii aliquando puniuntur temporaliter pro peccato patrum, l. 1.

rentum, sed numquam æternaliter, l. 2. cap. 11. f. 122. c. 1.
 Filios pro parentibus punire, an sit justum, l. 2. cap. 10. f. 115. c. 2.
 Filii ut in plurimum nituntur parentes suos imitari, l. 2. cap. 8. f. 110. c. 2.
 Filii hæreticorum sunt ipso jure liberi à patria potestate, l. 2. cap. 7. f. 107. c. 2.
 Filii hæreticorum tenentur subvenire parentibus hæreticis, extremam necessitatem patientibus, ibidem.
 Filii hæreticorum sunt ipso jure infames, l. 2. cap. 9. f. 113. c. 1.
 Filii nati ante crimen à patre commissum non subiacent pœnis, quæ propter crimen patris infliguntur: sed hoc non est verum in crimine hæresis, l. 2. cap. 26. f. 189. c. 2.
 Filius qui commisit crimen læsæ majestatis, si à patre offeratur Judici, mitiori pœna punietur, l. 2. cap. 26. f. 185. c. 1. in fine.
 Filius magis tenetur diligere patrem, quam pater filium, ibid. c. 2.
 Filius magis tenetur subvenire patri necessitatem patienti, quam pater filio, ibidem.
 Filius magis tenetur subvenire patri necessitatem patienti, quam proprio filio eandem necessitatem patienti, ibid. f. 186. c. 2. & inde deducitur, ut pater egens potius debeat petere alimenta filio suo diviti, quam à patre divite.
 Filius accusans patrem de crimine hæresis, dignus est, ut liberetur à pœnis, quæ illi ob crimen patris sunt à jure decretæ, ibid. f. 188. c. 2. & f. 190. c. 2. in fine.
 Fiscus habet dominium bonorum hæretici sine possessione, antequam hæreticus condemnatur, l. 2. cap. 6. f. 102. c. 1. cum seq.
 Fratres non censentur hæretici respectu Christianorum, l. 2. cap. 25. f. 183. c. 2.
 Furtum committit non solum qui alienum, invito domino, rapit; sed etiam qui detinet, l. 2. cap. 6. f. 103. c. 2. & f. 104. c. 1.
 Furtivam rem qui agnoscit ubi sit, tenetur domino querenti illam indicare, sed non furtum, ibid. f. 104. c. 1.

G

Grammaticæ veræ ignorantia aliquos in sacræ scripturæ interpretatione, & in fide errare fecit, l. 3. cap. 9. f. 232. c. 1.
 Gentilium scriptorum libri multa continent, per quæ fides catholica oppugnatur, l. 3. cap. 8. f. 128. c. 1. cum seq.
 Gentilium librorum lectio assidua, & indiscriminata potest esse causa multarum hæresum, ibidem.
 Gentilium librorum lectio prodesse potest viris Christianis, & doctis, ad ipsorum gentilium confutationem, l. 3. cap. 9. f. 132. c. 2.

H

Hæresis græca vox est non latina, cujus vera ethymologia datur, l. 1. cap. 1. f. 6. c. 1.
 Hæresis licet sit operatio intellectus, procedit tamen ab elec-

Vvvvv

elec.

L I C E N T I A I M P R E S S I O N I S
H U J U S O P E R I S
A M I N I S T R O G E N E R A L I O R D I N I S M I N O R U M
C O N C E S S A A U C T O R I .

R

VERENDO in Christo Patri Fratri Alfonso à Christo Zamorensi viro doctissimo Provincie Divi Jacobi Ordinis Minorum Regularis Observantie, Frater Andreas Insulanus, totius ejusdem Ordinis generalis Minister & servus S. D. Quam absolveris opus quoddam De potestate legis pœnalis (sic enim inscripsisti) idque, quemadmodum ais, approbaverit Episcopus tuæ Diocesis, quod examinatum à viro Doctissimo Magistro Gallo, visum sit dignissimum, quod in communem omnium usum atque profectum foras mittatur, quamque ut hoc recte & è præscripto Conclii Tridentini fiat, nostra quoque sit tibi opus auctoritate, atque permissione: idcirco, cupientes nos vel in hac parte juvare litteratorum hominum studia, eoque magis, quod ex aliis tuis libris, qui vulgo circumferuntur, unde plurimum acceptum est commodi ad pietatem Christianam, conjecturam faciamus, quam commodus & saluber hic novissimus esse possit, damus tibi potestatem excudendi idem Opus de Potestate legis pœnalis, hujusque rei gratia eundem quocumque locorum accessum fuerit, reliquaque omnia consuecendi quæ huc pertinere videbuntur. Quare præcipimus per S. obedientiam, ut nemo nobis subditorum tibi hæc in re negotium exhibeat, quin ut suas etiam cuncti præsent operas, quum ea sis & erga Religionem Christianam pietate, & sacrarum humanarumque litterarum cognitione, idque de tua integritate testimonium tributum sit à clarissimo quoque magnoque homine, res ut nemini dubia esse possit, nihil à te proficisci, quod animos piorum offendat, quæ profinet autem quam plurima. Precor Christum, ut tam sanctos conatus tuos bene secundet, & quo plura majoraque moliaris, in mediumque aliquando producas, te diu recte valere velit. Bononiæ mense Majo. 1550.

FRATER ANDREAS,
qui supra manu propria.

I N D E X

OMNIUM RERUM PRÆCIPUARUM QUÆ IN HIS TRIBUS LIBRIS
de Justa Hæreticorum punitioe, pertractantur, ordine alphabetico dig-
gestus; in quo L. Librum, Cap. Capitulum, F. Folium, & C.
Columnnam significat.

A

ABSOLUTIO à peccatis, ut recte fieri possit, dup-
plicem exigit potestatem in Sacerdote, una quæ
est ordinis, altera quæ est jurisdictionis, l. 2. cap. 21.
f. 162. c. 2.
Admonendus est hæreticus leniter, & cum mansuetudi-
ne, antequam corripatur, l. 1. cap. 18. f. 65. c. 2.
Admonitio qualis & qualiter, & à quo faciendi sit, ut
quis center possit perinax, & per consequens hæreti-
cus, l. 1. cap. 10. f. 38. c. 1. & 2.
Admonitio quoties sit iteranda, ut quis dicatur hæreticus
incorrigibilis, l. 2. cap. 1. f. 84. & 85. c. 1. & 2.
Ambitio fuit multarum hæresum causa, l. 3. cap. 1. f.
195. c. 2.
Ambrosius excommunicavit Theodosium Imperatorem, l.
3. cap. 4. f. 210. c. 1.
Anathema, & excommunicatio non sunt prorsus idem, l.
2. cap. 20. f. 159. c. 1. & 2.
Angeli sive boni sive mali non impediti, possunt corpora
humana de loco ad locum movere, l. 1. c. 16. f. 59.
c. 2.
Anima humana, naturaliter loquendo, non potest nisi
corpus humanum vegetare, l. 1. cap. 14. f. 52.
c. 1.
Appellare à sententia Papæ in causa fidei, an liceat alicui,
l. 1. cap. 10. f. 40. c. 2. & f. 41. c. 2.
Appellare quando potest hæreticus, postquam fuerit de
hæresi admonitus, l. 1. cap. 10. f. 38. c. 2.
Apostasia non dicit speciem infidelitatis distinctam ab hæ-
resi, l. 1. cap. 7. f. 30. c. 2.
Apostata vere dicitur hæreticus, ibidem.
Apostata sponte ad fidem rediens, recipitur ad miseri-
cordiam sicut hæreticus, l. 1. cap. 23. f. 80. c. 2.
Apostatarum in jure signatorum diversitas docetur, l. 1.
cap. 23. f. 79. c. 1. & 2.
Apostoli fuerunt à Christo, & non ab alio homine institu-
ti, l. 2. cap. 24. f. 176. c. 1.
Auspices qui dicantur, l. 1. cap. 13. f. 48. c. 1.
Avaritia est multarum hæresum causa, l. 3. cap. 1. f. 195.
c. 2.
Augures qui dicantur, l. 1. c. 13. f. 48. c. 1.

B

Bellum contra hæreticos juste moveri potest, & per
totum capitulum, l. 2. cap. 14. f. 133. c. 1. &
ultra per totum.
Belli justæ & variæ describuntur causæ, ibidem.
Bellum ut justum esse possit, multa requiruntur, ibidem.
Bellare est interdictum Clericis, ibidem. f. 138. c. 1.
Bellum contra hæreticos non potest juste moveri, nisi prius

Ecclesiasticus Judex declaraverit illos esse hæreticos,
ibid. f. 140. c. 1.
Blasphemia quid sit, l. 1. cap. 12. f. 44. c. 2.
Blasphemia est duplex, una interior, alia exterior, ibi-
dem.
Blasphemia, & spiritus blasphemie differunt, ibidem
f. 45. c. 2.
Blasphemia oris quare sic dicatur, ibid. f. 46. c. 1.
Blasphemus potest esse aliquis, quamvis non sit hæreticus,
ibidem.
Blasphemus quando potest, & debet ab Inquisitoribus
hæreticorum puniri, ibidem c. 2.

C

Canonizationis verba quibus Papa Sanctum aliquem
canonizat, l. 1. cap. 6. f. 23. c. 2.
Canonizari Sanctus non potest per alium, quam per Pa-
pam, ibidem & infra.
Carnis illecebræ sunt causæ multarum hæresum, l. 3. cap.
1. f. 196. c. 2.
Catechumenus antequam baptismo fluminis baptizetur,
potest esse hæreticus, l. 1. cap. 8. f. 33. c. 1. & 2.
Causæ futurorum effectuum tripliciter se habent ad effec-
tus suos, l. 1. cap. 13. f. 47. c. 2.
Chyromantici qui dicantur, ibidem f. 48. c. 1.
Cognoscitur quisque à superiore suo, ut faciat quod tene-
tur facere, non tamen ut faciat quod non tenetur, l. 2.
cap. 4. f. 96. c. 1. & 2.
Concilium Provinciale errare potest in fide, l. 1. cap. 5.
f. 20. c. 1.
Concilia Provincialia qualem habent auctoritatem, ibi-
dem.
Concilium generale recte congregatum, non potest errare
in definitionibus fidei, l. 1. cap. 4. f. 15. c. 2.
Concilio generalis recte congregati definitio satis est ad
hæresim convincendam, ibidem & cap. 5. f. 19.
c. 2.
Concilia generalia, in quibus Papa non adest, sed illius
legati adfunt, quare petunt à Papa confirmatio-
nem decretorum suorum, l. 1. c. 6. f. 26. c. 1.
Confessionem peccatorum dicere non esse de jure divino,
est hæreticum, l. 1. cap. 10. f. 40. c. 1.
Confirmationis sacramentum quid præstet suscipienti, l. 3.
cap. 4. f. 210. c. 2.
Conversatio cum bonis hominibus multum potest pro-
desse; & quæ cum malis hominibus habetur, mul-
tum potest obesse, l. 2. cap. 8. f. 110. c. 2. & l. 2.
cap. 17. f. 151. c. 1.
Corpora humana possunt à dæmonibus de loco ad locum
transmutari, l. 1. cap. 16. c. 2. & seq.
Corruptio ut profit delinquenti, debet esse mansuetæ, l. 1.
cap. 18. f. 65. c. 2.

electione voluntatis, ibidem.
 Hæresis definitio datur, ibid. c. 2.
 Hæresis non est in opere exteriori, ibidem.
 Hæresis non pendet ab assertore, ut hæresis dici debeat, ibid. f. 8. c. 1. & 2.
 Hæresis suspicio otiosi potest ex aliquo opere exteriori, ibid. f. 7. c. 1.
 Hæresis omnibus vitis viam parat, l. 1. cap. 2. f. 9. c. 2.
 Hæresis est schismate peior, ibid. f. 10. c. 1.
 Hæresis multis viis convinci potest, quæ assignantur, l. 1. cap. 4. f. 13. c. 1. & seq.
 Hæreses variae sunt, quarum aliqua sunt apertæ, aliae latentem damnatæ, l. 1. cap. 10. f. 38. c. 1.
 Hæresis nulla diu duravit, nisi quæ Principes sæculares habuit defensores, l. 1. cap. 17. f. 64. c. 2.
 Hæresis iudicandæ potestatem non habet Iudex sæcularis, l. 1. cap. 23. f. 79. c. 1.
 Hæresis discernendæ, & iudicandæ plenam potestatem habet Concilium generale recte congregatum, & post illud solus Papa, l. 1. cap. 5. f. 19. c. 2. in fine. & f. 19. c. 2.
 Hæreses multæ ex una sola hæresi derivantur, l. 1. cap. 24. f. 82. c. 1.
 Hæresum causæ variae describuntur in tertio libro per multa capitula.
 Hæresis propositio nullatenus in scholis defendenda est, etiam si fiat disputationis causa, l. 1. cap. 19. f. 68. c. 2.
 Hæreticus est privatus jure ecclesiasticæ sepulturæ, l. 2. cap. 18. f. 154. c. 2.
 Hæreticus est ipso jure excommunicatus, ibid. f. 154. c. 1. & per totum capitulum.
 Hæretico nunquam revelat Deus aliquid Ecclesiæ necessarium, quod Catholicis non revelaverit, l. 2. cap. 16. f. 146. c. 1.
 Hæreticus antequam quis esse pronuntietur, oportet diligentissime rem examinare, l. 1. cap. 7. f. 27. c. 2.
 Hæreticus figuratur per leprosum, l. 2. cap. 18. f. 156. c. 1.
 Hæreticus ut quis merito dicatur, multa requiruntur, quæ assignantur, l. 1. cap. 7. f. 27. c. 2.
 Hæreticus dici non potest, qui licet baptizatus fuerit, de fide tamen catholica à nemine fuit edoctus, l. 1. cap. 8. f. 33. c. 2.
 Hæreticus est membrum Ecclesiæ quamvis putridum, l. 2. cap. 24. f. 180. c. 1.
 Hæreticus nullus esse potest per solam ignorantiam sine malitia voluntatis, l. 1. cap. 9. f. 35. c. 2.
 Hæreticum punire negligens rector, reus erit apud Deum omnium peccatorum quæ ille fecerit, l. 1. cap. 17. f. 64. c. 1.
 Hæreticus ad fidem redire volens, est misericorditer recipiendus, l. 1. cap. 21. f. 75. per totum cap.
 Hæretici ad fidem redeuntes non sunt omnes cum æquali misericordia recipiendi, l. 1. cap. 22. f. 76. per totum.
 Hæretici sunt figurati in illis viris qui turrim Babylonis edificare ceperunt, l. 2. cap. 15. f. 144. c. 2. & l. 3. cap. 1. f. 195. c. 1.
 Hæreticus habens beneficium, non est ipso jure privatus illo, & facit fructus suos, quousque privetur illo, l. 2. cap. 9. f. 114. c. 2.
 Hæretici significantur per zizania, l. 2. cap. 13. f. 132. c. 1.
 Hæreticos bello oppugnare licet, ibid. cap. 14. f. 133.

per totum capitulum.
 Hæretici significantur per lamias, l. 2. cap. 15. f. 142. c. 1.
 Hæreticorum punitionem licitam esse & necessariam, probatur multis rationibus, l. 2. cap. 3. f. 92. per totum.
 Hæretici sunt tamquam lupi, quos verus pastor debet fugare, l. 2. cap. 4. f. 96. c. 2.
 Hæreticorum punitio constat ex facris litteris, l. 3. cap. 4. f. 209. c. 2.
 Hæreticos primi Imperatores Christiani puniverunt, l. 2. cap. 4. f. 97. c. 2.
 Hæretici sunt falsarii, l. 2. cap. 5. f. 99. c. 1.
 Hæretici omnium bonorum possessione iuste privantur, l. 2. cap. 5. f. 98. c. 1. & illam ipso jure sine Iudicis sententia amittunt, ibi. cap. 6. f. 101. c. 2. & inde sequitur, quod non possunt facere testamentum, ibi. f. 103. c. 2.
 Hæretico quamvis convicto, & per sententiam ad mortem damnato, Ecclesia non negat penitentiam, & Evangelicæ sacramenta, si ille contritionis signa ostenderit, l. 1. cap. 22. f. 78. c. 2.
 Hæreticus ad fidem rediens, antequam ab Ecclesia recipiatur, tenetur abjurare hæresim suam, l. 1. cap. 24. f. 81. c. 2. tenetur etiam promittere, & juramento confirmare, quod nunquam in posterum ab unitate fidei catholice recedet, ibidem f. 82. c. 1.
 Hæreticos non esse puniendos, qui docent, merito de illis habetur suspicio illos esse hæreticos, l. 2. cap. 3. f. 92. c. 1.
 Hæreticus est ipso jure infamis, l. 2. cap. 9. f. 112. c. 1. & hæc infamia extenditur ad filios, ibid. f. 113. c. 1.
 Hæreticus non potest esse testis, ibid. f. 114. c. 1.
 Hæretici pertinaces sunt morte puniendi, l. 2. cap. 12. f. 124. c. 1. & per totum capitulum.
 Hydromantici qui dicantur, l. 1. cap. 14. f. 49. c. 2.
 Historiarum cognitio est valde necessaria ad intelligentiam sacræ scripturæ, l. 3. cap. 9. f. 132. c. 1.
 Homo defunctus non potest à dæmone suscitari, l. 1. cap. 14. f. 50. c. 2.
 Homo non potest à dæmone in bestiam transformari, ibid. f. 52. c. 1.
I
 Idiota aliquando potentior est ad convertendum hæreticum, quam omnes viri docti, l. 2. cap. 1. f. 87. c. 1.
 Ignorantia quando possit excusare aliquem ab hæresi, l. 1. cap. 9. f. 36. c. 1.
 Ignorans se aegrum nunquam sanari potest, l. 3. cap. 3. f. 205. c. 2.
 Imagines rerum solent eisdem nominibus appellari, quibus res ipsæ quarum sunt imagines, l. 1. cap. 14. f. 51. c. 1.
 Imperialis aut Regalis Potestas non est fundata supra fidem, sicut Papatu: & ideo licet Imperator aut Rex fiat hæreticus, non amittit ex jure divino ipso facto Imperium aut Regnum, l. 2. cap. 24. f. 178. c. 1.
 Incorrigibilis quare aliquis dicatur, l. 2. cap. 1. f. 84. c. 1. In-

Infamia juris, & infamia facti deseribuntur, l. 2. cap. 9. f. 112. c. 1.
 Infidelium opera non omnia sunt peccata, l. 1. cap. 2. f. 9. c. 2.
 Inquisitor hæreticorum multa debet facere antequam hæreticum damnet, ut illum convertere possit, l. 2. cap. 1. f. 87. c. 1.
 Inquisitores hæreticorum tradentes hæreticum potestati sæculari pro illius arbitrio puniendum, non sunt similes Sacerdotibus Judæorum, qui Christum Pilato tradentes, dicebant: nobis non licet interficere quemquam, l. 2. cap. 13. f. 131. c. 1.
 Intercedere pro hæretico manifeste apud Iudicem nemini licet, l. 1. cap. 17. f. 64. c. 1.
 Iracundus non est, qui semel irascitur, l. 3. cap. 5. f. 215. c. 1.
 Iudæi à principio agnoverunt Christum esse verum Messiam, sed postea per invidiam excæcati, illum non cognoverunt, l. 3. cap. 1. f. 194. c. 1.
 Iudæi ne ad fidem Evangelicam convertantur, una causa est, quia postea non permitteretur illis usuras exercere, l. 2. cap. 5. f. 99. c. 2.
 Iudex ecclesiasticus nunquam damnat aliquem ad mortem corporalem, l. 2. cap. 26. f. 188. c. 2.
 Iudicem in causa fidei, cui omnes obedire teneantur, esse necessarium probatur, l. 1. cap. 5. f. 18. c. 2.
 Iudicem hæreticos non esse sacram scripturam, prout Lutherus docuit, probatur, ibidem.
 Iudex verus & indubitatus in causa fidei est Concilium generale recte congregatum, aut Sedes Apostolica, l. 1. cap. 5. f. 19. c. 2. & f. 20. c. 2.
 Iudex verus in causa fidei non potest esse Universitas, aut studium aliquod generale, ibid. f. 20. c. 1.
 Iudex certus, & infallibilis in causa fidei non potest esse legatus Sedis Apostolicæ, l. 1. cap. 6. f. 22. c. 2.
 Iudex non potest filium pro patre punire ad mortem: Deus autem sic, l. 2. cap. 11. f. 122. c. 2.
 Iudex indubitatus in causa fidei non est Episcopus, quamvis sit Iudex hæreticorum, l. 1. cap. 5. f. 21. c. 1.
 Iudex sine testibus non potest reum punire, l. 2. cap. 25. f. 181. c. 1.
 Iudex sæcularis licet non possit iudicare de crimine hæresis; potest tamen iudicare de poenis quæ illi debentur, l. 2. cap. 26. f. 188. c. 1. & 2.
 Iuris Canonici defectus quando suppletur per jus Civile, l. 1. cap. 23. f. 81. c. 1.
L
 Lamia quid sit, l. 1. cap. 16. f. 58. c. 2.
 Lamie mulieres, & strigæ an sint censendæ hæreticæ, ibid. f. 61. c. 2.
 Lamie bestiarum sunt figuræ hæreticorum, l. 2. cap. 15. f. 142. c. 1.
 Legatus Sedis Apostolicæ non potest esse Iudex infallibilis in causa fidei, l. 1. cap. 6. f. 22. c. 2.
 Leonigildus Hispaniarum Rex hæreticus, filium suum fidelem interficere iussit, l. 2. cap. 8. f. 112. c. 1.
 Lex sancta est, quamvis ex illa multi occasione peccandi, illa non donante, sumant, l. 1. cap. 20. f. 74. c. 2.
 Leges Principum sæcularium obligant in conscientia, non tamen omnes, l. 2. cap. 17. f. 150. c. 1.
 Legis ratione cessante, debet cessare lex, l. 2. cap. 26. f. 188. c. 2.
 Libri hæreticorum sunt velut fontes venenosi, l. 2. cap. 15. f. 141. c. 2.
 Libros hæreticorum vendere permittens, suspectus est de hæresi, & reus erit coram Deo omnium malorum, quæ ex illorum permissione succedent, ibid. f. 142. c. 2.
 Libri hæreticorum sunt comburendi, ibidem per totum caput.
 Libri hæreticorum etsi aliqua vera contineant, illa tamen sunt multis mendaciis plena, l. 2. cap. 16. f. 146. c. 2. in fine.
 Libri hæreticorum etsi aliqua vera contineant, illa tamen multo melius in libris Catholicorum inveniuntur, ibid. cap. 16. f. 147. c. 2.
 Libros hæreticorum legere quibus, & quando licitum sit, l. 2. cap. 17. f. 149. c. 2. & per totum capitulum.
 Libros omnium hæreticorum legere, non est adhuc generali lege prohibitum, ibid. f. 150. c. 1.
 Libros Lutheri, & ejus sequacium legens, est ipso facto excommunicatus per Bullam, quæ legitur in Cena Domini, ibid. c. 2.
 Libri gentilium scriptorum non omnes legendi sunt; sed illi soli qui magis predesse, & minus obesse possunt, l. 3. cap. 9. f. 232. c. 1.
 Libros gentilium legentes debent esse sicut apes, l. 3. cap. 9. f. 234. c. 2.
 Lingua latina, quæ nunc arte discitur, olim toto populo Romano fuit communio, l. 3. cap. 7. f. 226. c. 2.
 Luporum nomine quid significetur in sacra scriptura, l. 3. cap. 4. f. 209. c. 2.
M
 MAGI qui dicantur, l. 1. cap. 14. f. 49. c. 2.
 Magi quando dicantur hæretici, ibidem f. 50. c. 2.
 Malefici quare sic appellentur, l. 1. cap. 15. f. 53. c. 2.
 Maleficiorum diversitas describitur, ibidem.
 Maleficia dæmonis adjutorio fiunt, ibid. f. 54. c. 1.
 Maleficio solvere aliud maleficium, peccatum est, ibid. c. 2.
 Maleficium sollicitans, ut maleficium maleficio solvat, graviter peccat, ibid. & seq. f. 55. per totum cap.
 Malefici de multis sunt ab Inquisitoribus examinandi, ibid. & f. 56. c. 1. & 2.
 Maleficium quod exercetur per admixtionem alicujus sacramenti, aut rei sacramentalis, reddit illius operatorem suspectum de hæresi, ibid. c. 2. in fine.
 Maria Virgo quomodo dubitaverit quando Gabrielem Angelum interrogavit, l. 1. cap. 7. f. 29. c. 2. in fine.
 Marcellinus Papa etsi thura idolis obtulit, non tamen ideo est hæreticus dicendus, l. 2. cap. 24. f. 178. c. 2.
 Marrant quare aliqui dicantur, l. 1. cap. 7. f. 131. c. 2.

Matrimonium fratris cum sorore est prohibitum ex lege naturæ, l. 3. cap. 7. f. 226. c. 2.
 Mendacis hominis præmium quale sit, l. 2. cap. 16. f. 148. c. 2.
 Mercenarius pastor quis dicatur, l. 3. cap. 4. f. 211. c. 2.
 Meritum alicujus potest alteri opulari, pro quo illud obtulerit, l. 2. cap. 26. f. 187. c. 1.
 Mereri alteri non potest, qui prius sibi nihil meretur, ibid. f. 192. c. 1.
 Messiam in lege promissum fuisse Christum, probatur duobus testimoniis, l. 3. cap. 6. f. 219. c. 2.
 Missæ celebratio juxta ordinem & ritum quem Romana tenet Ecclesia, quando, & ob quam causam cœpit celebrari in Hispania, l. 1. cap. 7. f. 32. c. 1. & 2.
 Moplarabes quare dicantur, ibid. f. 31. c. 2.
 Mortis pœna in jure canonico fimitur pro excommunicatione, aut depositione, l. 2. cap. 26. f. 188. c. 2.
 Mortui an sentiant pœnas propinquorum suorum viventium, res est dubia, l. 2. cap. 10. f. 118. c. 1.
 Mulier facilius decipitur quam vir, l. 1. cap. 16. f. 58. c. 2.
 Mulier est prior ad libidinem, quam vir, ibidem f. 59. c. 1.
 Mulier fidelis quare possit à viro infideli separari, l. 2. cap. 18. f. 155. c. 2.
 Mulieri predicare, aut docere non est permitendum, l. 3. cap. 3. f. 206. c. 2.

N

Necromantici qui dicantur, l. 1. cap. 14. f. 49. c. 2.
 Necromantia quid sit, ibidem.
 Nutrix & nutricius quid circa puerum illis commissum agere debeant, l. 3. cap. 9. f. 236. c. 2.

O

Oblivio sicut ignorantia potest aliquem ab hæresi excusare, l. 1. cap. 9. f. 36. c. 1.
 Occidere hominem sceleratum ex auctoritate publica, non est lege divina prohibitum, l. 2. cap. 12. f. 124. c. 1.
 Occidendi hominem tres causæ justæ referuntur, & declarantur, ibid. f. 125. c. 1. & 2.
 Odire Deum quid sit, l. 1. cap. 12. f. 45. c. 1.
 Ordinis potestatem numquam amittit Sacerdos hæreticus, quamvis sit degradatus, l. 2. cap. 21. f. 164. c. 2. & inde; sed amittit potestatem jurisdictionis, ibidem.
 Ordinis sacramentum non est iterabile, ibidem.
 Osii Cordubensis Episcopi pessima mors refertur, l. 2. cap. 5. f. 100. c. 1.

P

Pacta cum dæmone dupliciter fieri contingit, l. 1. cap. 14. f. 50. c. 1.
 Papa, vide in dictione *Sedes Apostolica*.
 Papa non potest committere alicui potestatem judicandi infallibiliter in causa fidei, l. 1. cap. 6.

fol. 22. c. 1. & 2.
 Papa est errare potest ut persona privata, non tamen quatenus publicam agit personam, ibid. f. 23. c. 1. & l. 2. cap. 23. f. 169. c. 2.
 Papa non potest committere alicui canonizationem alicujus Sancti; sed potest committere inquisitionem vitæ illius, l. 1. cap. 6. f. 23. c. 2.
 Papa non potest auferre ab Episcopis potestatem illam, quam habent circa collationem sacramenti Ordinis, l. 2. cap. 22. f. 166. c. 2.
 Papa potest prohibere Episcopis executionem ordinis Episcopalis circa Sacramenta, l. 2. cap. 22. f. 168. c. 1.
 Papa potest tollere ab Episcopis eam potestatem ordinis, quam habent circa sacramentalia, ibid. c. 2.
 Papa si fiat hæreticus, eo ipso amittit potestatem Papalem, l. 2. cap. 23. f. 169. c. 2. & per totum capitulum.
 Papa non subditur juri humano, ibid. f. 170. c. 2.
 Papæ multa sunt necessaria, ut vere sit Papa, ibidem f. 172. c. 1.
 Papa cum primo electus est, potest renuntiare electioni de se factæ; postquam autem semel consensit, non potest sine consensu Ecclesie, ibidem.
 Parabolarum sensus non est sumendus à prima vocum significatione, sed à significatione earum rerum, quæ per voces significantur, l. 3. cap. 6. f. 220. c. 2.
 Pastor bonus quis sit, vide etiam in dictione *Episcopus*, & l. 3. cap. 4. f. 211. c. 1. & 2.
 Patet tenetur filios, & subditos corrigere, l. 2. cap. 3. f. 93. c. 2.
 Paulus Apostolus epistolas ad civitates mittens, non ad totum populum, sed ad solum Clerum illas dirigebat, l. 3. cap. 7. f. 227. c. 2.
 Pax promissa est mundo per Christi adventum, l. 2. cap. 13. f. 129. c. 1.
 Pacem turbare duæ res solent, ibid. c. 2.
 Peccatum publicum gravius est quam secretum, l. 2. cap. 9. f. 112. c. 1. & 2.
 Peccatum intellectum exæcat, & inde oritur hæresis, l. 3. cap. 1. f. 194. c. 1.
 Peccatum interrogantis est causa, ut erret Doctor quem ille interrogat, l. 3. cap. 1. f. 197. c. 1.
 Pertinacia quid sit, l. 1. cap. 9. f. 35. c. 1.
 Pertinax quis dicatur, ibidem.
 Pertinax non semper est dicendus, qui inquisitori aliquid asserenti non vult obedire, l. 1. cap. 10. f. 39. c. 2.
 Petens ab illo qui paratus est dare usuras, non peccat; sed petens à malefico, qui paratus est maleficia exercere, ut maleficium unum per aliud maleficium dissolvat, peccat, l. 1. cap. 15. f. 54. c. 2.
 Petrus pro se solo, & non pro omnibus Apostolis locutus est quando dixit: Ego dico tibi: quia tu es Christus filius Dei vivi, l. 2. cap. 23. f. 173. c. 2.
 Petro majorem dedit Christus potestatem quam cæteris Apostolis, ibid. f. 172. c. 2.
 Philosophi gentiles incauti Christianis multarum hæresum materiam ministrant, l. 3. cap. 8. f. 230. c. 2.
 Philosophis gentilibus qui multa præclara de virtutibus scriperunt, merito compati debemus, quia gloriam æternam non sunt assecuti, l. 3. cap. 9. f. 236. c. 1.
 Pœnæ temporales non semper dantur à Deo juxta mensuram delicti, l. 1. cap. 2. f. 10. c. 2.
 Pœna non semper est remittenda quotiescumque remittitur

tur culpa, l. 2. cap. 2. f. 91. c. 1.
 Pœnas oportet statuere pro transgressoribus legum, l. 2. cap. 3. f. 94. c. 1.
 Poetæ gentiles sunt perniciosissimi ad bonorum morum instructionem, l. 3. cap. 8. f. 228. c. 2.
 Poetas censuit Plato esse procul à bona urbe abigendos, ne suo colloquio totam profus inficerent urbem, ibidem f. 229. c. 1.
 Poetæ gentiles multis præbuerunt causas multarum hæresum, l. 3. cap. 8. f. 230. c. 2.
 Poetæ lascivi & molles non sunt pueris tradendi, l. 3. cap. 9. f. 233. c. 2.
 Poetas Christianos pueris tradere expediret, antequam ad Poetarum gentilium lectionem illi accederent, ibidem f. 234. c. 1.
 Poetarum versibus usus est sæpe Paulus Apostolus, ibid. f. 236. c. 1.
 Potestas ordinis præstantior est, quam potestas jurisdictionis, l. 2. cap. 24. f. 179. c. 2.
 Potestates Ecclesie duæ sunt: una dicitur ordinis, altera jurisdictionis, & illarum differentias, l. 2. cap. 21. f. 162. c. 1. per totum capitulum.
 Præceptores puerorum non deberent illis tradere Ovidium, aut alium similem lascivum Poetam, l. 3. cap. 9. f. 233. c. 1. & 2.
 Præceptores puerorum quos libros illis tradere debeant, l. 3. cap. 9. f. 234. c. 1. & 2.
 Præceptores qui libros Philosophorum gentilium discipulis interpretantur, tenentur auditores admonere de illis, quæ Christianæ religioni repugnant, ibidem c. 2.
 Prædicationis verbi Dei defectus est causa multarum hæresum, l. 3. cap. 2. f. 198. c. 2.
 Prædicatio verbi Dei est necessaria ad credendum, ibidem f. 199. c. 2.
 Prædicare non est permitendus aliquis, nisi sit prius examinatus, l. 3. cap. 3. f. 206. c. 2.
 Prædicatores sunt velut canes, l. 3. cap. 2. f. 200. c. 2.
 Prædicatorum indignitas est sæpe multarum hæresum causa, l. 3. cap. 3. f. 202. & per totum illud capitulum.
 Prædicatorem oportet esse doctum, & bonum, ibidem.
 Prædicatores indulgentiarum quales esse solent, ibidem f. 203. c. 2.
 Prædicatores aliqui aliter quam sentiunt, docent timore pœnæ, aut spe præmii, ibidem f. 205. c. 2.
 Prædicator male vivens, multum nocet, ibidem f. 206. c. 1.
 Præscribere possunt filii hæreticorum etiam contra Romanam Ecclesiam de bonis parentum bona fide retentis, spatium 40. annorum, l. 2. cap. 6. f. 103. c. 2.
 Principes seculares debent præstare adjutorium Ecclesiasticis, l. 3. cap. 2. f. 201. c. 1.
 Prophetarum nomen commune est bonis & malis Prophetis, l. 2. cap. 16. f. 149. c. 1.
 Promissa servare est de lege naturæ, & ideo ad illa servanda quisque à suo superiore cogi potest, l. 2. cap. 4. f. 96. c. 1.
 Propositio eadem potest plures habere sensus, unum catholicum, & alium hæreticum, l. 1. cap. 9. f. 37. c. 1.
 Propositionum diversitatem, quarum aliqua est hæretica,

Tom. II.

aliqua erronea, alia temeraria, alia scandalosa l. 1. cap. 3. f. 10. c. 2.
 Proteſtatio de fide ante assertionem hæresis facta, quando valeat aliquem ab hæreticos nota excusare, l. 1. cap. 11. f. 42. c. 2.
 Pueris non est committenda animarum cura, quamvis bona de illis habeatur spes, l. 3. cap. 5. f. 216. c. 1.
 Punire sceleratum hominem Juxta si negligat, reus erit apud Deum omnium peccatorum, quæ ille commiserit, l. 1. cap. 17. f. 64. c. 1.
 Punitio hominis propter duplicem causam fieri debet, l. 2. cap. 3. f. 92. c. 2.
 Punitio peccatoris non solum est utilis ipsi peccatori punito, sed aliis qui vident, ibid. f. 93. c. 2.
